



*LIBER ALZE, QVOD HVIVS OPV-  
S CVLI NOMEN EST, INITIV M.*



I quis interrogare volet de ordine, heic qui tangitur, quur videlicet Reuerendissima ALZE Medicinæ non anteponi debeat, sed primo Luna, dein Sol, & alij Planetæ, cum quibusdam alijs, veluti sequitur, & vice tertia Medicinæ Lex, vt hoc modo dubio satisfiat, in talimodo, quum finis verus dignior fiet, quam principium: atque quoniam res istæ album, rubrumque faciant, nec rubrum fieri potest, nisi album præcedat: & tunc ita ait Simon Philosophus: Scitote, nisi lapidem album facere velitis, quod rubrum facere non possitis: Et per rubrum cæteri Planetæ vniuntur, & Medicina incustodita incedit, nisi Ordo iste cum albo & rubro obseruetur: adeo vt primo ponatur Luna, & fiat, cum albo, Elixir, quod est album Lunæ ad album Mercurij ex corporibus venit ad rubrum: Quo de artis hujus Philosophi loquuntur, quod rubrum in albo occultatum jaceat, illudque tam diu extrahere non audent, donec omnino rubrum fiat. Ita, vice secunda, agi poterit cum Sole, & à Sole Medicina perficitur, absque aliorum Planetarum adminiculo. Ex quo colligere potes, quur videlicet Medicina vltimo loco ponatur, adeo vt à Patre procedat filius, & ab illis duobus Spiritus S.

Qui